

30. A quibus *redeundum* est, ad verba ipsa Scripturæ:
31. vel *sensus* æquè propemodùm certos ex scripturæ verbis; atque ipsa hæc verba certò sunt ex Deo.
32. *Aliis*, nisi timidè & modestè admodùm proponantur, non tam declaratur verbum Dei; quam *tentatur Deus*, & *conscientiæ* periculosè *onerantur*.
33. Continet autem scriptura præcipuè ACTA regni Dei:
34. tum *Veteris*, cum creatione veteri; quò pertinent libri Vet. testamenti:
35. tum *Novi*, cum creatione novâ; quò pertinent præcipuè libri Novi testamenti.
36. Hi enim sunt de Actis Christi, & de Actis apostolorum, partim docendo, partim faciendo; hoc est de dictis, de quæ factis specialiter sic appellatis;